

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8686

Auteur(s) : Louis IX, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Neufchâtel-en-Saosnois, Notre-Dame de Perseigne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1259, juin

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

CHARTRE DE LOUIS VICOMTE DE BEAUMONT, FILS DE JEAN ROY DE HIERUSALEM. — Louis, vicomte de Beaumont, et sa femme Agnès transigent avec Perseigne pour le service d'une rente de cent sous que l'abbaye avait reçue de Raoul, vicomte de Beaumont. Louis confirme les possessions des religieux et donne aux moines cinquante sous tournois contre l'abandon de la charte de Raoul, et une rente de cinquante sous tournois à percevoir sur Fresnay, le jour de la Toussaint. Juin 1259.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fleury Gabriel, *Cartulaire de l'Abbaye cistercienne de Perseigne*, Mamers, Fleury et Dangin, 1880, n° XXII, p. 61-63.

Texte d'après a

Universis presentes literas inspecturis, Ludovicus filius illustrissimi viri Johannis quondam Regis Hierusalem, vicecomes Bellimontis et Agnes ejus uxor salutem in Domino. Noveritis quod nos, pro salute animarum nostrarum et antecessorum et successorum nostrorum, concedimus et confirmamus abbati et conventui de Persegna et hominibus suis presentibus et futuris domos, vineas, prata, torcularia, census, possessiones, eleemosynas et omnes possessiones quas ipsi habent et possident in tota terra nostra, feodo, jurisdictione et districtu et concessionibus et immunitates ab antecessoribus nostris illis datas et concessas, ita quod ipsi et homines sui supradicta libera et pacifica cum omnibus bonis suis teneant et possideant in futurum, que omnia ipsi ad presens usque possident et etiam possederunt tempore retroacto. Preterea quia dicti religiosi habeant quamdam cartam sigillo bone memorie Radulphi quondam vice comitis Bellimontis, sigillatam de centum solidis turonensibus quos dictus Radulphus dederat eis annui redditus de quo reddito non diu est fuerant dessessiti nec etiam dessessina poterat evidenter cognosci. Ita pacificatum est inter nos et ipsos : quod ipsi nobis de dictis centum solidis quinquaginta solidos turonenses quitaverunt et cartam dicti Radulphi voluntate spontanea nobis reddiderunt. Et nos damus et assignamus dictis religiosis quinquaginta solidos turonenses annuatim in dicta prepositura nostra de Fresneio percipiendos et habendos singulis annis a dictis religiosis in dicta prepositura ad festum omnium sanctorum per manus prepositurum ejusdem ville, sive illorum qui dictam preposituram qualitercunque recipient vel tenebunt. Et, ad omnia supradicta tenenda et inviolabiliter observanda, nos et heredes nostros et preposituram nostram de Fresneio et alia bona nostra si necesse fuerit et dictos prepositos et illos qui dictam preposituram quocumque modo tenebunt quo ad reddendum redditum supradictum penitus obligamus et volumus obligari. In cujus rei testimonium presentes

litteras jamdictis religiosis dedimus sigilorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense junio.